

## Werk

**Titel:** Copiosissima Evangeliorum Dominicalium Expositio

**Autor:** Bakius, Reinhardus

**Verlag:** lungius; Schmidius

**Ort:** Lübeck; Schleusingae

**Jahr:** 1640

**Kollektion:** VD17-nova

**Werk Id:** PPN616188471

**PURL:** [http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN616188471|LOG\\_0023](http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN616188471|LOG_0023)

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=616188471>

## Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

## Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
Georg-August-Universität Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen  
Germany  
Email: [gdz@sub.uni-goettingen.de](mailto:gdz@sub.uni-goettingen.de)

tamen patrifamilias (1.) contradixit, *murmuravit*, & ejus voluntati, audacter nimis, se opposui, ideo reprobatur, & obtingit hoc illis omnibus, qui verbum vocationis nec audire nec vocanti Domino obtemperare volunt. Quod (2.) denarium hic operarius ex vinea ejectus accepit, hoc parabola non dicit, & si maximè accepisset, eo tamen non contentus est, salutem sperat, non à solo Christo redēptionis illo *denario sufficientissimo*, sed potius ex operibus propriis, ideo rejicitur, & obtinet hoc illis omnibus, qui Christum, salutis nostræ sicutum unicūm aperiuntur. Licet (3.) hic laboraverit, non tamen hoc factum est in debita cordis simplicitate, sed operatur *ut invidus & superbus Murmurator*, qui cum omnibus superbis & arrogantibus Deo placere non potest, Esa.2.v.12. Patet itaq; ex hoc reprobato Vinitore, quod equidem rejiciantur aliqui, verū non Dei, sed ipsorum propria culpa, proinde si hujus reprobati vitia fugiamus, si vocanti Deo obediamus, si soli Christo adhæreamus, eūsq; merito unicè innitamur, si simplici corde & ad fidei testificationem benè agamus, siq; sub potenti Dei manu nos humiliemus & constantiam petamus, tunc nullum reprobationis periculum subesse poterit.

## Dominica Sexagesimæ,

Evangelium, Luc. 8.

**Q**uoniam autem turba plurima conveniret, & ex singulis civitatibus properarent ad eum, dixit per similitudinem. Exiit qui sementem faciebat, ad seminandum semen suum. Et inter seminandum aliud cecidit circa viam, & concutatum est, & volucres cœli comederunt illud. Et aliud

aliud cecidit supra petram, & enatum aruit, quia non habebat humorem. Et aliud cecidit inter spinas, & simulenatae spinae suffocaverunt illud. Et aliud cecidit in terram bonam, & enatum fecit fructum centuplum. Hac dicens clamabat: Qui habet aures ad audiendum, audiat. Interrogabant autem eum Discipuli eius, dicentes: Quae est ista Parabola? At ille dixit: vobis datum est nosse mysteria regni Dei: Cateris autem per Parabolam, ut videntes non videant, & audientes non intelligant. Est autem hec parabola: Semen est sermo Dei. Qui autem iuxta viam, hi sunt, qui audiunt, Deinde venit Diabolus, & tollit sermonem de corde eorum; ne credentes serventur. Nam qui supra petram, ii sunt, quicum audierint, cum gaudio suscipiunt sermonem, & hi radices non habent, qui ad tempus credunt, & in tempore temptationis recedunt. Quod autem in spinas cecidit, hi sunt, qui audierunt, & a solitudinibus & divitiis ac voluptatibus vita euntes suffocantur, nec referunt fructum. Quod autem in bonam terram, hi sunt, qui corde honesto.

Dddd

ac bo-

*ac bono audientes sermonem retinent, & frumentum afferunt per patientiam.*

**D**Uc. 19. v. 41. conspectâ Hierosolymâ, cuius insula maxima ex parte paulo post pereundi, acerbè plorat Christus & copiosas fundit lachrymas. Hodierni certe Evangelii parabolam tristis est & luctuosa, ut mirum non esset, si pius Ecclesiaz doctor, circa ejus expositionem, vel totus in lachrymas solveretur similiter. Concionator enim conscientiosus, amplissimum etiam habens auditorium, quid cogitare potest hodiernum explicaturus Evangelium? equidem Pastorum multi sunt, qui ob frequentem auditorum concursum latentur, erigunt eristas, & nescio quid, ob vanum populi applausum, præ aliis sibi sumant: verum qui hanc probè consideraverit Parabolam, illi supercilium, quod ex ample crevit auditorio, in ventos omne recederet. Certum quidem est, extitat Auditor studium studiosus, nec immerito molestiam sedulo pastori ac nauseam parit, si forte tot auditores habet, quot digitos in manibus, sibiq[ue] soli & Musis predicasse vel cecinisse videtur, id quod Antigenidas cythareodus populo minus placeens dixit, & alius quidam interrogatus: quot haberet auditores? respondit: cùv[er]t Geōis d'ea, cum Diis decem; habebat enim unicum discipulum, & novem pictas in pariete Musas: sed, quid juvat aliquot etiam millia autem & circa se conspicere auditorum, si illorum vix quarta pars salvetur & fidei assequatur finem? motus his cogitationibus in tantum est pius ille Rostoch. Doctor Dn. Simon Pauli, ut pro exordio hod.parabolæ dicat: Ich bitte meine liebe Zuhörer wolten bedenken / wie es in meinem Gemüth stehe / wie mit vmb's Herz seyn / vnd mit was traurigen Augen ich ansehe diesen grossen Hauffen? Denen gönne Ich zwar / als Ihr gemeiner Diener vnd Prediger / das allerbeste / vnd wunsche von Herzen Grund / dass sie alle der ewigen Seligkeit theilhaftig seyn / wofür Väterlich ich Sorge trage: Aber dennoch / vermeide heutiges Evangelii/muss Ich die Seligkeit absagen/ nicht allein den Türcken/ den Tattern/ den Russen/ den Jüden/ den vnbüßertigen Papisten/ Ketzern/ Lästerern vnd allen Gottlosen Verächtern des allein seligmachenden Worts Gottes: Sondern ich muss auch allhie öffentlich anzeigen/wenn dieser grosse Hauff in vier Theil unterschieden würde/ so wirds

würde selig nur der vierde Zuhörer / oder aber nur der vierde Hauff / da  
darentgegen im Ewigkeit sollen verworffen seyn drey ganzer Theil von  
euch / die ihr Gottes Wort fleissig höret vnd mit allem Esfer nach der  
Predigt lauffet. Hic exclamat: Ach wehe über wehe! Ach Elend über E-  
lend! Ach Jammer über Jammer! Ach lieber Gott wie werden so wenig  
Leut selig! Ach frommer Gott wie werden so überaus viel Menschen ver-  
loren! Wehe unsfern eysernen vnd stälernen Herzen! Wehe unsrer gros-  
sen Blindheit! Wehe unsrer erschrecklichen Sicherheit/welche dieses we-  
der erkennet noch beherkigtet: Wer Ohren hat zu hören der höre: Cor mihi  
frangitur, dum hæc describo, & tamen vera sunt omnia, verè Lutherus  
in expos. Psal. 45. dicit: *Vilissimus pagus palatum Deo eburneum est, in quo  
sunt bonus Pastor & pauci aliquot probi ac credentes auditores.* Syracides dicit  
*piam sibolem unicam mille malis & perversis praestare,* Syr. 16. Sic bonus au-  
ditor vel unus vel alter mille pravis omnino anteferendus, cum Poeta  
*Antimachus Clarius, discedentibus auditoribus suis omnibus, & solo Pla-*  
*tone remanente, dixerit: Legam nihilominus, Plato enim unus omnium instar*  
*mihi est: pari modo & Nos, in concionibus si præsentes habeamus, ut*  
*certò habemus, præter paucos quosdam auditores, sanctos Angelos*  
*totamq; S. S. Trinitatem, quid velles amplius? interim desidia auditio-*  
*rum non excusat, sed si Christus tres partes illorum auditorum, ad*  
*orcum quasi ablegat, qui erant in concurrendo copiosi, in auscultan-*  
*do seduli, in addiscendo cupidi, was würde er wol jezt sagen von unsfern*  
*muthwilligen Verächtern seines Worts / ja von überaus grosser Faul-  
heit derer/welche Gottes Wort gar schlaffrig/ vnsleissig vnd nachleissig hö-  
ren/zc? ¶ II. Clausula proximi Evangelii erat: *Multi sunt vocati, pau-*  
*ci verò electi.* Comprobat hujus dictiorii veritatem tota & Veteris & No-  
vi testamenti historia: Per Noachum in primo mundo multi sunt vocati  
per annos 120. integros, sed tam pauci erant electorum, ut vix octo ani-  
mæ in arca servarentur, quæ à D. Petro paucæ dicuntur, Gen. 7. 1. Pet. 3.  
v. 20. Per Lothum, Sodomitas inter & Gomorrhæos, multi sunt vocati  
per annos benè multos, sed Electorum numerus tam exiguus erat, ut  
in quinq; regnis ne decem quidem justi reperirentur, Gen. 18. v. 32. Per  
Eliam & Elisaum verè multi sunt vocati, cum concionati sint, Elias 20.  
Elisa verò 70. annis integris, sed illo etiam tempore Electorum nu-  
merus usque ad eum parvus fuit, ut in toto Syria regno conversi sint, vidua  
Sareptana, Sunamitis, ut & Naeman leprosus, 1. Reg. 17. 2. Reg. 4. & 5.*

Per Mo<sup>n</sup>en multi quidem vocati & 600000. viri ex Aegypto ducti, sed tam pauci erant electi, ut terram tandem Canaan ingredierentur duō tantum. Josua scil. & Caleb, Deut. 1. Per Baptistam certe multi sunt vocati, cum ad ipsum excurreret tota Hierosolyma, & tota Iudea, & tota circumiacens regio Jordani, Matth. 3. v. 5. sed electi erant tam pauci, ut crederent Maria, Joseph, Simeon, Hanna, & pauci alii. Per Paulum Athenis similiter multi vocati sunt, cum Apostolus per tempus bene longum ibi sit commoratus & concionatus, sed electorum numerus tam erat exiguis, ut Dionysium Areopagitam, apud Athenienses conversum legamus, una cum Damari, piā fœmina, & paucis aliis, Act. 17. v. ult. Sic de angelo vel Episcopo Sardensi, (qui prius putatur Meliton, Euseb. l. 4. c. 25.) narrat filius Dei, quod inter suos habeat auditores vix, ελίξα ἐρώπιαται illorum, qui vestimenta sua non inquinarent, Apoc. 3. v. 4. cum primis verò tempore Christi Servatoris nostri unici, ibi verè multi sunt vocati, cum Domini concionibus quandoque interfuerint multa hominum millia, sed Electorum tam fuere pauci, ut Christus in hodierna parabola conqueratur, vix quartam suorum auditorum partem salvari, addita severissima hac clausula, qui aures habet ad audiendum, audiat! horribile sane & terrible Evangelium omnibus hypocritis, & securis Epicurzis, ut Vellerus in Postill. recte monet. ¶ III. Granatensis ut & Beustius conferunt hoc Evang. Speculo Israëlitarum, Exod. 38. in quo qui se contempletur, illum facile omnes animæ profectus & defectus observaturum: in hoc itaque speculo teipsum contemplare, Jac. 1. attende qualiter audias illud vitæ verbum, quod (per se) aliquibus est odor vitæ ad vitam aliquibus verò (per accidens) odor mortis ad mortem, 2. Cor. 2. imò ardenter ores & frequenter, dicens:

Cum via, cum rupes, cum spinæ semina perdunt,  
Tu me, Christe, bono da fore semen agro!

**Cum autem turba multa conveniret.**] Non multos tantum sed & varios hac vice Christus auditores habuit, adsunt enim hic (1.) homines plebei, hinc dicuntur Turba, & addit Gloss. Ordin. quoties in evangelio Turba vocabulum interseritur, tunc intimatur non modo hominum diversitas, sed & diversitas voluntatum, de qua jam ageimus in observationibus. Adsunt hic (2.) homines multi, confluunt enim (συνιόντες) & quidem κατὰ πόλιν, oppidatum, cum in hujus capituli versu, 1. dicatur, Christum iter fecisse κατὰ πόλιν καὶ κάμψην, oppidatum & vicinum prædicens & evan-

& evangelizans regnum Dei, ex singulis itaque Galileeæ civitatibus hic quidam accurrunt. Sunt (3.) auditores fervidi, Θητοὶ εὐ̄περοι, Luth. re-  
ctè properantes ad ipsum, die quā ih̄m eyleten. Ad hos itaque auditores ser-  
vidos per parabolam Christus loquitur, vel, ut Syrus, per parabolā, non  
quidem idē, ne verba Dei nimium vulgaria faceret ac communia, quæ Co-  
sterni glossa est, part. 2. conc. p. 541. sed ob causas nuper in parabola de-  
zizaniis recensitas, & notatu dignum est, majestaticum illud ac gravi-  
tate plenum exordium, quo Dominus apud Marcum utitur, dicens:  
**AUDITE, ECCE!** Sane homines peroraturi, exordiis utuntur prolixis  
sæpè & satis longè petitis, quibus benevolentiam captant, attentionem  
parant, docilitatem excitant, ut ex orationibus Ciceronis, Demosthenis &  
aliorum satis liquet, sed Christus, cœlicus ille orator, unico se expedire  
verbulo potest, quia pro autoritate loquitur, Matth. 7. v. ult. audi popule  
mi & loquar, audi Israhel & testificabor, Psal. 50. v. 7. audi cœlum, audi terra,  
Deut. 32. v. 1. audite cœli, auribus percipe terra, quia Dominus loquitur, Esa. 1.  
v. 2. Wenn Christus predigt / so bedarfſ feines schmeichlens oder lieb-  
kōſens / sed pro autoritate præatoria dicit ille: **AUDITE, ECCE!** schweiget  
Vnd höret Terra, terra, terra audi verbum Domini, Jerem. 22. Sic rugit leo  
de tribu Juda, quis non timeret? sic loquitur Dominus, quis non au-  
ſcultaretur? Amos, 3. v. 8. ¶ Observa hic, I. verum esse tritum illud:  
Non omnes sancti qui calcant limina templi. Si enim vox Turbae hoc loco,  
juxta Gloss. Ordin. notat, non modo hominum sed & voluntatum di-  
versitatem, quid inde aliud colligemus, quam quod hac vice Christum  
sunt secuti, quidam ex curiositate novum doctorem audiendi: quidam studio  
cavillandi & calumniandi: quidam causâ temporis fallendi: quidam verò studio  
discendi, juxta Winckelmannum in Luc. Eadem planè ratione tem-  
plum apud Nos adeunt, quidam ex mera consuetudine, damit ih̄nen  
der Sonntag nicht zu lang werde: quidam in hypocrites operculum,  
damit sie nicht für Unchristen gehalten werden: quidam cavillandi pro-  
posito, damit sie in Bierzechen was zu flügeln haben: quidam autem  
& fortè paucissimi, studio discendi, &c. Propterea autem congregatio-  
nes publicæ non deserenda, ut nonnulli solent, Heb. 10. Sed quilibet  
seipsum probet, quia unusquisque pro seipso rationem redditurus est,  
Rom. 14. v. 12. ¶ Observa H. Conciones de tempore valde jucundas *sermones de*  
& utiles esse, cum verbum in tempore locutum, sit instar malorum au- *tempore utiles.*  
reorum in lectis argenteis, Proverb. 25. v. 11. Hodieina enim concio

Christi non modò *marina* est, Matth. 13. v. 2. & *vespertina*, Marc. 4. v. 35. sed &, ratione temporis, valdè *oportuna*, cum habita sit anno ministerii Christi secundo, circa mensem Junium, ubi in Palestina *secunda satio facta* est, nec dubium, quando Christus hanc concionem ex navicula habuit piscatoria, aliquot tunc colonos in vicinis agris sementem fecisse, quod quia vident & præ oculis habent, tūm Christus docens, tūm populus auscultans, hinc sumitur totius concionis occasio, *de semine & sato*: Facit hoc ad commendationem *Evangeliorum Dominic.* quæ à pia antiquitate, ut plurimum ad tempus accommodata sunt, sicut nuper audivimus *de navigatione*, quia hoc tempore, glacie & niviis solutis, aquæ denuò reddituntur navigabiles; audivimus *de vinea*, quia racemorum etiam culturam & curam hoc inchoamur tempore: audimus, & nuper & hodie, *de agro, satore, semine, rizanis, & tritico*, quia hæc omnia præsenti Martio, initii ratione, competit, im Merken/est man den Pfleg stetzen/re. Quæ certè docendi ratio plus ædificat, quam illa Calvinianorum confusio, quæ aliquando *Evangelium de Nuptiis in Cana*, tempore & septimana Dominicæ passionis, exponit, ut Genevæ antehac factum novimus, ratione contextus Evangelii Johannæ, quod totum à quodam explicabatur. Breviter: Stolze Geisser die schweben nur in den lüfften/disputiren von hohen Sachen/wollen alle Welt reformiren, vnd ver- gessen unter desf ihrer armen einfältigen Zuhörer / Sacc. cum contra boni Doctoris sit didacticum esse, erudire rudes, consolari mæstos, perstrin- gere ambitiosos, redarguere avaros, terrere superbos & obstinatos, sic- ut Paulus dicebat: *Omnia factus sum omnibus, ut ex omnibus lucrarer aliquos*, *1. Cor. 9. v. 22.*

*Multitudo non est Ecclesianota* III. Observa, veræ Ecclesiæ notam nullo modo esse multitudinem concurrentium, sive credentium amplitudinem, licet Bellarminus de milit. Eccl.lib. 4.c. 7. magno conamine id asserat, ex Psal. 2. & 71. Esa. 2.11.49. & aliis vaticiniis, de concursu gentilium ad Messiæ yexillum agentibus. Nam R. nullam esse consequentiam, ad Christum promissum mundi Messiam maxima auditorum turba convenit, Ergò ad quamcunque religionem multi concurrunt, ea vera est, quia, ut ex ho- dierna parabola manifestissimum, nunquam Christus de concursu multorum auditorum gloriatus est, sed quando amplum habuit audi- torium, ut plurimum exhortationem præmisit, vel ut sibi caverent à scandalo, Matt. 11. vel ut dignè audirent, ne potior illorum pars pereat, ut hoc loco factum. Adhæc concursus ille ad Christum temporaneus

Sal.

faltem fuit, ubi enim erat illa multitudo, cum omnes clamabant crucifige? quando Dominus conquerebatur de paucitate viam salutis inventium? imò ubi erit concursus ille in fine mundi, cum fidès & charitas ferè deficient, Matth. 24. Luc. 18. Quando itaque, cùm Bellarminus dicto loco tūm *Costerus* in expos. hod. Evang. putant, vaticinia Prophetarum superius allegata in Ecclesia Lutheranorum nunquam impleta, cum ex nullo mundi angulo aliquis concursus sit ad eam factus, tunc respondeamus (1.) non opus esse, ut vaticinia dicta jam demum impleantur, quia completa sunt, teste hod. parabola *sub Christo*, itemque *sub Apostolis*, ubi numerosa gentium conversio facta. Adde (2.) quod talis concursus hodieque non raro fiat ad Lutheri & sociorum cathedram, quando nempe vel Judæi quidam convertuntur, vel integra etiam regna Antichristi jugum excutiunt, ad Evangelicorum castra transiunt, eoq; cordolum satis grave Papæ asseclis faciunt. Tandem (3.) magnus concursus qui potest esse nota veræ Ecclesiæ, cum pessimis etiam competit? annon ad Mahometen concursus tam magnus factus, ut totum regnum Ottomanicum ab Ecclesia sit avulsum? annon magnus factus est concursus ad Judam & Theudam, Act. 5. nec non ad Bencochab pseudo illum Messiam, qui numerosum exercitum potuerunt expedire, qualem Christus ex suis instruere nunquam potuisset.

**Exiit seminator ad seminandum.**] Colonus sive Agricola *σπερματικός* dicitur ideo, qvod omnes labores rustici sationem quasi solam respiciant & pro qvodom *fundamento* habeant, sationem enim messis seqvitur, & messem nova iterum satio. Additur autem hīc (1.) articulus *ο ἡ Seminator*, non ignavus scil. nec ignarus aut rudis, sed diligens & attentus, qvi momenta sationis novit & observat, Omititur hīc (2.) *satoris* *hujus nomen*, id qvod admiratione dignum, aliás enim cum tota hīc parabola accurate & per omnia membra explicetur, cur etiam non additur qvis sit ille *σπερματικός*? Utiq; Christus servator ipse est, *quia* in parabola de Zizaniis dicitur, bonum seminantem semen esse: **F I L I U M H O M I N I S :** *quia* idem patet & additâ particula: Ecce, qvæ ut plurimum Christum indigitat: *Ecce Deus vester*, Esa. 40. *Ecce rex tuus*, Zach. 9. *Ecce agnus Dei*, Joh. 1. *quia* ipse Christus dicit terræ bonæ similes audire *Verbum suum*: & tandem *quia* textus dicit seminatorem *exiisse*, qvod qvomodo, præter Christum, nemini competit, mox dicimus. Noluit autem (3.) seipsum nominare hīc *Seminator*,

tūm

tum ut occasionem præberet, parabolam eò diligentius meditandi: tum ut innueret, se quidem Seminatorem esse primarium, hodie autem feminare suô loco omnes fideles Doctores, qui æquè audiendi sint ac ille, Luc. 10. v. 16. Dicitur ergò de Seminatore (4.) qvod Exierit, qvod si intelligas de *divina natura*, egressus Christi est aeternus, Mich. 5. si vero de *incarnatione*, egressus ejus in plenitudine temporis ita factus est, ut ipse Christus dicat: *Exi vi à Patre & veni in mundum*, Joh. 16. v. 28. vel si intelligas de Christi Ministerio, venit primò ad Iudeos, postmodùm ad Gentes: egressus unde Gloss. Interlin. exiit vel de *sinu patris in mundum*, vel de *Iudea ad gentes*, & certè jucundissima est vocula hæc: *Exiit. Vnde enim exiit, qui ubiq; præsens est? qualiter exiit qui omnia replet?* terte non loco, sed habitudine atq; *incarnationis dispensatione propinquior nobis factus est: nam quia ad ipsum venire non poteramus, peccatorum materia ingressum prohibente* (Esa. 59. v. 2. ipse ad nos egreditur, Chrysost. hom. 45. in Matt. & Gloss. Ordin. Filius Dei è *sinu patris est progressus*, qvò creature non erat accessus. Additur (5.) qvod *ut etiā exierit ad Seminandum*, idq; iterum jucunditate non caret. Agricola enim sàpè exit, non ut semper seminet, sed qvandog, ut agrum urcis ac repribus plenum urat, qvandog, ut malos colos pellat ac puniat, juxta Theophil. Christus autem exiit, ut seminaret, ut hominum animos, ceu arva & campos, redderet frugiferos, breviter: venit filius hominis, non ut animas perdat, sed ut salvet, Luc. 9. v. 56. vel ut Prophetæ jucundissimè: *Egressus es in salutem populi tui, in salutem unctorum tuorum*, Habac. 4. v. 13. ¶ Observa hic, I. his verbis: *Exiit seminator ad seminandum, &c.* Pulchritè depingi historiam omnium temporum. In V. T. quoties Christus egressus est ad seminandum? seminavit in cor lapsi Adami promissum *benedicti semini*, Gen. 3. v. 15. fevit in Cor Noachi mandatum de exstruenda arca, in qua conservabatur *Semen pro mundo altero*, Gen. 6. v. 13. sparsit in cor Abrahæ, loliis idolatriæ prius eradicatis, promissionem de *Semine benedicto*, in quo benedicendi omnes populi terra, Gen. 17. v. 3. jecit in cor Mosis & Israelitarum *semen legis sacrosanctæ*, Exod. 20. v. 10. seminavit porro per Prophetas, qvibus dicebatur: posui verba mea in ore tua, Jer. 1. v. 10. sumes de ore meo verbum & ex me annuntiabis eis, Ezech. 3. v. 17. sedulo in diebus carnis ipse seminavit Hierosolymis, Capernauni, Nazarethi, in Judæa, in Galilæa, in urbibus, in campis, in montibus, in desertis, in scholis, in diversoriis, in nayibus, in plateis, &c. Seminavit

*Exiit seminator ad seminandum continet historiam omnium temporum.*

navit deinceps per Apostolos, mandans, ut illi totum qrbem *Evangelii semine* replerent, Matth. 28. Marc. 16. imò hodieq; seminat per illos, qvos quidem ordinat, alias Apostolos, alias Prophetas, alias Evangelistas, alias Pastores & Doctores, Ephes. 4. v. 11. egreditur ad nos quotidie pedibus evangelizantium, ubi *Sator est concionator*: *ager est ecclesia: semen verbum est: manile suggestum est: Sacus vel medimnus codex* biblicus est, qvi nobis à dextris semper adjacet, & desumimus ex hoc, jam manipulum concionum, jam manipulum miraculorum, jam manipulum mysteriorum & parabolarum Christi, ut *circa hoc anni tempus* accidit, imò ex hoc medimno vetus & novum depromimus, Matth. 13. Agnoscamus itaq;, ad singulas conciones, ex euntis cœlestis illius satoris bonitatem, & ea rectè utamur, &c. ] Observa II. *ταῦχον* contra Pontificios, qvi *predicantis aut predictorū nomen* susq; *Satius est esse predicatorum* deq; habent. Christus profecto humiliavit se & in mundum prodiit *quām Missificantem*. SEMINATOR, h.e. non paduit ipsum, ut in his terris fieret *concionantem*.

& præco verbi crucis. Contrà vero, qvanta est Romanorum Pontificium, pseudo vicariorum illorum Christi, ut & larvatorum Episcoporum superbia ac insolentia? hi certè ignominiosissimum sibi putarent, si verbum prædicare deberent, malum esse gratiosi Domini subditorum qvām fideles prædicatores auditorum: malunt alere canes & eqvos, qvām hominum curare animas & animos: at tanto gravior erit ipsorum condemnatio, quanto minus, ad Christi exemplum, suo satisfecerunt officio, Christus passim seminavit & verbum prædicavit, *Missificavit* nunquam Pontificii totum invertunt, *ubique missificant*, nulli seminant vel concionantur, sed eo male consulunt hominum saluti, quæ non per ceremonias, sed per verbum inchoatur & perficitur.

Seminavit semen suum. ] In Matthæo & Marco licet hæc verba non reperiuntur, jucunda tamen sunt, cum nosster *σπείρω* seminasse dicatur (1.) non *semina* sed *semen*, nam Israelitis Deus mandaverat, ut diversis semiñibus agrum non consererent, Lev. 19. vers. 19. quia summè displicet illi *Samaritica religionum confusio*: summè illi displicet *Papistica fidei & operum commixtio*: summè ei displicet *Calvinistica ceremoniarum στέψις* &c. Pelarg. in Levit. Additur (2.) hic pronomen *Suum*, *seminavit semen suum*, ad differentiam Prophetarum, Apostolorum aliorumq; verbi præconum, qui omnes non *suum*, sed de Christi

manu suscepsum semen, severunt ac prædicarunt, juxta illud Apostolicum: *Experimentum querit in ejus, qui in me loquitur Christus*, 2. Cor. 13. immo in parabola de Zizaniis hoc semen merito bonum dicitur, nam quod Christi proprium est, qui bonum non esset? In expositione autem hujus parabolæ dicitur (3.) semen esse Verbum, juxta Marcum: *Verbum Dei*, juxta Luc. apud Matthæum verò: *Verbum regni*, quia in verbo regnum promittitur, docet de regno Dei, ducit ad regnum Dei, profert etiam fructus regni cœlestis, iustitiam scil., pacem, gaudium, &c. Ut enim semen in se habet virtutem crescendi siquicunque simile producendi, id quod nec aurum nec argentum potest: Ita verbum Dei hanc habet vim vivificam & spiritualem, ut reddere possit & efficere ex cœcis videntes: ex idololatris Deum timentes: ex luxuribus temperantes: ex otiosis negotiosos & in bonis operibus zelotas: ex terrenis spirituales, id quod alias nec auro efficitur nec argento, *verbum*, autem *regni* efficit. Reliquas causas cur semiini verbum conferatur, Domin. 5. post Epiphan. exposuimus.

¶ Observa itaq; hic, multis differre parasangis, Christi Magisterium, & nostrum Ministerium. Christus habebat proprium Suum Semen, è sinu Patris cœlestis prolatum, Joh. 1. v. 18. ideo non dicebat: *Hac dicit Dominus, sed: Ego dico vobis*, Matth. 5. v. 28. Joh. 8. v. 58. Prophetæ autem, qvæcunq; dixerunt è spiritu dixerunt, 2. Pet. 1. v. 21. semper illud ingeminantes: *Hac dicit Dominus*, Esa. 1. v. 2. Jerem. 2. v. 5. Ezech. 2. v. 5. &c. de Apostolis etiam verum erat illud servatoris: *Nos vos estis qui loquimini*, Matth. 10. v. 20. immo in hodiernum usq; fidei Ecclesiæ Doctores seminare debent & prædicare, non suum semen, sed semen Christi, cum Apostolo dicentes: à Domino accepi qvod dedi vobis, 1. Cor. 11. v. 23. Papistæ totum hoc invertunt, & seminant non Christi sed suum semen, h. e. proprias suas traditiones ιδελοθρησκειας & cerebri humani qvisqvilius. Exempli gratiâ doctrina de Purgatorio, qvomodo potest esse Christi semen, cum Petrus à Soto in Confess. Cathol. fateatur, illud in scripturis fundatum non esse? Doctrina de Indulgentiis qvomodo potest esse Christi semen, cum hanc ex scripturis probari non posse fateatur Durandus l. 4. sent. distinçt. 20. qvæst. 3. Doctrina de Sanctorum invocatione qvomodo potest esse Christi semen, cum eam neq; in V. neq; in N. T. ullum habere vestigium fateatur Canisius Catech. f. 230. Doctrina de imaginem cultu, qvomodo potest esse Christi Semen, cum eam

Differunt Christi Magisterium  
& nostrum ministerium.

eam in sacris literis non fundatam testetur, Thomas Aquin. 3. sent. dist. 9. qvæst. l. art. 2. Transsubstantiatio non est Christi semen, qvia scripturâ illam carere fassus est Petrus de Alia D. sent. qvæst. 6. art. 2. in recit. opin. 4. Eadem ratio est Septem Sacramentorum extrema unctionis, auriculari Confessionis, cœlibatus Sacerdotum, &c. qvæ omnia scripturis contraria ipsi tentantur Pontificii: Breviter; Ut verbum Christi bonum Semen est, sic traditiones hominum nihil aliud sunt, qvam venenosum viperatum semen, cui nos opponimus tritum illud: *Quod sine scripturis adducitur, eadem facilitate rejicitur, qvæ adducitur, & frustra colitur Deus hominum manus,* Matth. 15. v. 9.

Et inter seminandum cecidit aliud.] Quantumvis sedulitas nostri seminatoris satis laudabilis, ipse egreditur, ipse seminat, ipse proprium suum semen spargit, non tamen ex voto omnia succedunt, sed ager alius est tritus: alius scopulosus: alius spinosus, videamus arva singula: I. Semen aliquod cadit in viam vel juxta viam, & putant quidam emphaticum esse illud: ἐπει τοις, cecidit, cum nullus agricola ita desipiat, ut datâ operâ semen suum spargat, vel in viam, vel in petram, vel etiam in dumetum: Sed hoc Christus cœlestis ille ἀπέγω omnino facit, hac in parte ab omnibus agricolis distinctus, datâ operâ spargit semen verbi in viam, in petrosa, sub spinas, non quidem ut semen pereat, sed ut cor nostrum reddatur frugiferum, accipe verbum Dei omnis ager, omnis homo, sive sterilis sive facundus, ego spargam, tu vide quomodo accipias: ego erogabo, tu vide quales fructus reddas, August. de cult. agri Domin. c. 2. idèo autem cuiuslibet glebae cœlestis seminator semen suum committit, quia via, petræ, spinæ, in terram fertilem converti possunt, Verbum certè ligo est, quo corda instar via obdurata aperiuntur, Act. 16. v. 14. Verbum malleus est, saxe a corda conterens, Jerem. 23. v. 29. Verbum gladius ille anceps est, spinas curarum & divitiarum rescidens, Heb. 4. v. 12. Sanguis hirci emollit Adamantem, animalium sanguis arboribus affusus, reddit eas frugiferas, multò magis id facit Christi sanguis, per Verbi aspergillum cordibus nostris applicatus. Conqueritur autem Christus quod semi-ni in via non parum obsit, non tantum & viæ duritas & transeuntium multiplicitas, sed cum primis avium voracitas, h. e. Diabolorum, qui per aera discurrentes, rapacissimi sunt & celerrimi, instar harpiarum, Glos. Ordin. II. Aliquod semen cecidisse dicitur in petram, apud Matth. & Marcum clarius δη τὸ πετρῶδες, in petrosa, ubi quidem celerrimè & ad

primum quasi solis calorem crevit, id quod vocula è carteris innuit,  
Sobald die Sonne ein wenig warm scheint; sobald kompt hervor; sed  
quia circa petras terra non est profunda, hinc exaruit, ob humorem à  
petra partim abnegatum, partim etiam à calore solis absumtum. III.  
Semen aliquod cecidit in densum aliquod spinetum, ubi cum spinaz om-  
nem terræ succum interius adtraxerint & solis radios exterius à granis  
averterint, inde suffocatum est. IV. Semen aliquod cecidit in terram  
bonam & fæcundam, ut Marcus addit, ideo fructum reddidit, & quidem  
juxta Lucam centuplum, vel ut Mattheus, aliud dedit fructum centesimum,  
aliud sexagesimum, & aliud tricesimum. Unde hat also der fleissige See-  
mann nicht allerding vmbsonst gesetzt. ¶ Observa hic, I. Optimos  
Concionatores esse illos, qui utuntur verbis non aulicis & forensibus,  
vel alias sublimibus & fastum spirantibus, adeoq; in lingua peregrina:  
ex Pindaro, Plutarcho & aliis profanis autoribus, ostentationis magis  
quam adificationis gratiâ deponit, sed simplicibus & cuivis notis, cum  
ipse Christus servator, hic & alibi, usus sit genere dicendi tam simplici:  
vulgari & plano, ut quivis etiam rusticus intelligat, audis de agro, de se-  
mine, de Satore deq; iis quæ inter seminandum vel semper accidunt,  
hilf Gott welch eine Einfalt; De Carolostadio Lutherus dicere solitus  
est, quod concionetur, latine, græce & hebraice: de Marcionitis scribit  
Euseb. l. 4. c. 11. quod verbis usi sint sesquipedalibus. Sed concionatores  
didaetici quandoq; rusticentur & vel semper in ore habeant illud Davi-  
dicum: Simplicitas rectumq; tuum me Christe gubernent. Hinc, nostro et-  
iam tempore, in publicum emisit quasdam rusticis habitas conciones  
Dn. D. Lucas Osiander, quas ad stylum hodierni evang. accommodavit:

*Verbis sesqui-  
pedalibus in sig-  
gestu opus non  
est.*

*Canzlen Prie-  
ster / Amatis,  
Prediger.*

*Postilla Osiander  
ad rusticas.*

*Sementis Dre-  
pis precibus  
commendanda.*

ea sq; Postilla dixit rustica, Bawren Postill: sic Lutherus Albero, petenti  
formulam coram Principe concionandi, respondit: Er solle predigen  
wie es sein Nam mit sich brechte/ sein alber vnd einfeltig / si...plicioribus  
enim informatis, etiam principem informari: Evidem mundo &  
mundanis nihil placet, nisi Grammaticè conceptum, Dialecticè imaginatum  
& Rethoricè purpuratum sit, sed forensis eloquentia, quid aliud est quam  
canina facundia, & in Cathedra verbis dunt axat philosophari, hystrionis potius  
quam Doctoris est. Chrys. Sermo itaq; noster sit, non in persuasilibus  
sapientia humana verbis, sed in demonstratione spiritus, I. Cor. 2. v. 1.  
& 4. v. 20. ¶ II. Observa, summe necessarium esse, ut sat leta lo-  
cumq; labores, Deo studiosissime commendemus, & pro sementis felici:  
augmen-

augmento atq; incremento devotas fundamus preces, dicentes : Die Früchte auff dem Lande segenen vnd behüten / Erhōr vns lieber H̄ Erre Gott ! Evidem noster Seminator fidi coloni partes sedulò facit, labo-  
rat strenuè, seminat iusto tempore, bono utitur semine, optimum si-  
mum propriis suis calceis agro infert, juxta proverbium : attamen ex  
quatuor seminis pugillis tres redditur inutiles, & vix quartus coloni  
votis respondet. Idem hodieq; non raro accidit, *sepius atq; boni spes est  
frustrata coloni*, nec quicquam fortuna ludibrio magis expositum est,  
quam cara sementis sulcis commendata, id quod multi non attendunt.  
Nihil jam dicam de viis agrum pernitosè secantibus : nihil de avibus vo-  
racibus : nihil de dumetis, spinis & verribus : nihil de arenis ac lapidibus : nihil  
de incommoda aeris intemperie, ubi vel levidense frigus noctis unius totam  
perdere sementem potest, &c. hoc tantum dolendum est, hominum  
etiam malitiâ & petulantia plurimum sata lata impediti. Aurigæ ne-  
quam quoties per consitos agros, equis & curribus audacter pergunt !  
Pastores malitiosi quoties a viis consitis pecculanter immittunt oves,  
boves & equos, qui omnia vel pedibus conculcent vel radicibus aver-  
rancant ! ipsorum rusticorum perversitas quanta est ! in nuptiis & aliis  
conviviis omnia degulantur, quando serendum, quot sunt qui ex o-  
mni labore totius anni ne sementem quidem reliquam habent, unde  
cum nostro colono proprium S u m sementerræ mandare non pos-  
sunt, sed aliunde mutuantur & tantum ex futuro eoq; incerto promit-  
tunt, quantum anno sequenti vix solvere possunt : noster Seminator  
ipse exit, ipse seminat, quot sunt rustici, qui omnia ministris commit-  
tent, ut nobiles in otio vivant ac feriantur ? imò noster Agricola in  
tertia sationis suæ parte fortunæ ludibrium experitur, etiamsi non spe-  
rasset : hodie rustici facta satione securi sunt, & putant se triticum in  
horreis jam ac sacco habere, hinc cum sementis vix terræ glebas fran-  
gere incipit, ibi rusticus insolexit, cristas erigit, Er setzt das Hüttlein  
auff ein Ohr / er zechet mit seinen Nachbarn auff den Geißbusch / er fin-  
get :

Blinde lieber Weisse mein /

Auffs Jahr soltu sein therver seyn / ic.

Sed quanta stultitia est tam securè de eo lxtari, quod vel unâ uni-  
tas noctis tempestate perdi potest ? Pii itaq; agricultæ, cum nostro Semi-

natre, ad agros suos ipsi exhibunt, ipsi strenue laborabunt, proprium Suum semen, illudque; bonum seminabunt, Deum pro felici fermentis incremento orabunt, latam messem debitam pietate & simplicitate expectabunt, non concedent suis vel aurigis vel pastoribus, ut proximi consita arva ingrediantur ac sementem perdant, carceri potius tales nequam essent includendi, & aliquot saltem diebus solis carnibus cibandi, nullo addito pane, tunc facile essent experturi, non suis tantum ovibus, sed multo magis pane quotidiano humanam indigere societatem, Breviter: *bonus agricola devotus sit Christicola*, & faustum rerum suarum experietur successum.

*Omnis agricultura difficultates Ministerio competunt.*

¶ III. Observa allegoricè S. S. Ministerio similiter competere omnia illa, quæ jam diximus. Colono (1.) laborandum strenue, Gen. 3. Syr. 7. v. 16. Sic & Episcopi nomen non honoris sed oneris est, Aug. verbum prædicare difficultius est, quam seminare, imo nihil aliud est quam mundi, *Satana & totius Inferni odium in se derivare*, dicente Lutherò in c. 40. Esa. Colono (2.) observandus ordo est, cum serere, plantare & alia rusticalia suum tempus habeant, Eccles. 3. sic & verbi Minister ordine perveniet quo non datur ire labore, lucidus ordo viam discendi munit & artem, & multum methodus ponderis omnis habet. Colonus (3.) divinæ benedictioni merito committit omnia, juxta regulam Apostoli, 1. Cor. 3. v. 7. sic & concionator suis donis & laboribus nihil adscribat, in gratia Dei cum Paulo acquiescat, 2. Cor. 12. & cum Propheta dicat: *Omnia quæ facimus & bene facimus, tu dedisti nobis*, Esa. 26. v. 12. In primis (4.) ut colonus non frustra laborat, sed unius seminis beneficio corrigitur omne detrimentum trium seminum perditorum, sic nos similiter frustra non laboramus, 1. Cor. 15. nec in cassum vites nostras consumimimus, Esa. 49. sed ut nix & pluvia de celo cadit, sic verbum etiam Dei erit, &c. Esa. 55. ¶ IV. Observa nonnullos Pontificiorum errores circa hæc textū nostri verba. Traditiones suas, ut (1.) stabiliant, hominibus dicunt esse incredibile, semen ferre posse fructum centuplum, cum nostri agri vir decuplum vel quintuplum reddant, adeoque hoc sine autoritate Ecclesiæ credi non posse. Verum in parabolis quoties hypotheticè quædam dicuntur, licet in experientia non occurant? quis enim servus milletalentorum debitum facit? Matth. 18. quis Pastor 99. oves in deserto relinquit propter amissam unicam? Luc. 15. &c. imo ejusmodi hyperbole ut hinc quaeratur, non est opus, quia scriptura etiam

*Abusus Papicí.*

etiam de Isaaco dicit, quod centuplum reperit in Philistiorum terra, Gen. 26. v. 12. Et pulchre Melanth. In hac nostrâ regione, qua arenosa est, pro uno modio, mediocribus annis, reddit terra 7. aut 8. modios: in Thuringia plerumq; 12. aut aliquanto plures: Sed Plinius scribit in Libyphœnicum regione cum centesimâ fruge agricolis fœnus reddere terram, in Sicilia quondam agri redididerunt tricecuplum, immo Herodotus scriptis Babylonicam regionem etiam trecenta ferre. Matthæus (2.) quando dicit, semen aliud centesimum, aliud sexagesimum & aliud trigesimum dedisse, tunc Pontificii magno numero referunt, fructum tricesimum ad Conjugatos, quos ante Deum magnos: fructum sexagesimum ad Viduos, quos maiores: fructum vero centesimum ad Virgines, quas ante Deum maxiinas dicit Ardentius, addit tam: Vtrum tamen, Fratres, sicut aliquod argentum plus valeat quam aliquid aurum, sic aliquis conjugatus aliquam viduam vel virginem potest superare, melior quippe est conjugatus in Deo servens, quam viduu vel virgo in Deo tepens. Sed qui alias juxta Pontificios in carne vixerunt, quomodo jam ante Deum magni sunt? deinde certum est nullum statum internâ sanctitate alium præcellere, Gal. 3. v. 28. 1. Cor. 7. v. 17. & 27. Unde rectius hic dicitur notari diversa Spiritus S. χαρισμata, 1. Cor. 12. Röm. 2. Prophetæ & Apostoli centuplum fructum tulerunt in Ecclesia, eorum vero successores Irenæus, Polycarpus & similes sexagecuplum, Nos fortassis tricecuplum Weller. in Post. Ita (3.) argumentari Papistæ solent: Quæ doctrina exiguum affert pietatis fructum, non est sana: sed doctrina Lutheranorum pietatis & bonorum operum fructum fert exiguum, Ergo. Christus pro nobis respondet: Ab illo quod est per se, ad illud quod est per accidens, nulla est consequentia, etenim si ita concludam: Quod semen non fert fructum, non est bonum: sed semen in viam, in dumetum, in petro, cadens non fert fructum, Ergo. Quis non videat errorem? quis nescit abusum & accidens non tollere rei substantiam? Ut ergo Christus Pharisæos hic remittit ad rusticos, Also mögen wir heutiges Tages die Päpstlichen Lehrer weisen zu ihren Schirmmeistern / qui eos erudiant & causas indicent, cur semen, etiam optimum, quandoq; fructum non ferat, Saccus. Noah sparsit bonum semen, & vix 8. animæ servatæ sunt, idem verum est de Sodomitis, quos inter non 10. justi fuere: de Israelitis, quorum vix duo terram Canaan ingressi: de Syria, ubi Naaman tantum, Sunamitis & Sareptana fructum tulerunt: In Persia Daniel

Daniel tantum & socii, in Iericho sola Rahab, in Judæa Maria, Joseph, Zacharias, Elisabeth, Simeon, Hanna & paucissimi alii, apud Athenenses solus Dionyfius ex bono semine procervit. Imo in hodiernum usq; diem nisi *exiguum semen* nobis reliquisset Deus, quasi Sodoma essemus & Gomorra, Esa. i. v. 9.

**E**t cum hæc dixisset, clamauit: qui aures habet, J**U**bicunque hec admonitio interponitur, mysticum esse quod dicitur & attentius querendum innuitur, Hieron. repetuntur autem hæc verba in conclusione similitudinis de Zizaniis, Matth. 13. v. 43. in assertione, quod Baptista sit Elias alter, Marc. 11. v. 17. in doctrina, quod nihil per os ingrediens hominem contaminet, Marc. 17. v. 16. in sermone de sale corrupto, Luc. 14. v. 35. ut & in secundo ac 3. capp. Apoc. ubi septies hæc vox reperitur. Sed licet vel duodecies hæc vox repetita sit, nullibi tamen clamasse Christus dicitur, nisi hoc loco, & verè hoc mirabile est: Prædictū enim erat de Messia, quod in plateis nec clamaturus, nec vocem esset elaturus, Esa. 42. v. 2. cur ergo hic clamat? sicut instar ovis in passione & clamat instar praconis in concione, quid hoc est? Primariò quidem hoc clamore auditores excitare & cœlesti quasi tonitru veternum ipsis excutere voluit: secundariò autem innuere, Se non tam afflictum in toto passionis actu, quam verbi sui affligatur contemtu, quod multa hominum millia salutem oblatam aspernantur: Sed quid ait Domine Iesu? annon aures habent omnes, qvire audiunt? Habent quidem omnes aures, sed obtusas, obstructas & Satanæ ostio affixas. Servus in V. T. qui post septennium liber esse noluit, ad ostium applicabatur, & perforata aure subulâ, servus Domini sui manebat in æternum, Exod. 21. v. 52. Deut. 15. v. 12. Parimodo, Christus pro nobis servus factus, ut nos essemus liberi, aures sibi perfodi passus est, juxta versionem antiquam, Psal. 40. v. 7. sed quid fit? cum multi per Christum ejusq; verbi auditum liberi esse possent, nolunt tamen, sed ostio Satanæ affixi, ejus mancipia æternum esse malunt. Cor Servatori frangitur dum hæc meditatur, idèo exclamat: Qui aures habet ad audiendum, &c. ¶ Observa hic, Pontificios pro libertate arbitrii hominis in spiritualibus, ex hoc Christi clamore ita argumentari: Christus dicit, qui habet aures ad audiendum audiat, Ergo homines per se habent aptas aures ad verbum Dei cum frustra audiendum suisq; conversionem proxoyendum. R. à mandato ad fieri non valet

valet consequentia, mandat qvidem Christus ut verbum ita audiamus, qvō ad salutem nostram vergat, sed non seqvitur ex viribus propriis nos hoc posse, cum nota sit distinctio inter auditum verbi *internum* & *externum*. Literalis & externa verbi auscultatio homini etiam non renato competit, testantibus id exemplis, Herodis, Marc. 6. Sergii, Act. 13. & aliorum, 2. Tim. 3. v. 7. Auditus autem verbi internus, qui nihil aliud est quam fidei obsequium, ille nostris viribus simpliciter denegatur, 1. Cor. 2. v. 14. 2. Cor. 13. v. 5. unde & in nostra parab. expressè dicetur, discipulis fidelem verbi auditum & intellectum **DATUM** esse, *ex gratiâ* scil. à Deo omnis boni datore, Jac. 1. Qvando itaq; Christus clamat: *Qui aures habet: &c. tunc vult* (1.) *ut in externa pædagogia faciamus, quantum possumus, adeamus templum, audiamus verbum, faxa, spinas, &c. removeamus.* Ut (2.) qvod nostris viribus, ad faciendum fructum, deesse videmus, à Deo petamus, dicentes:

*Sancte Deus sancti qui spargi semina verbi,*

*Fac nostris servet talia cordis ager.*

Ut (3.) Deo malitiosè non resistamus, sed rectè & devotè utamur eo, qvod Spiritus S. gratia largitur & concedit, *Hunn. de prædest.*

*Qværebant autem discipuli, ] Parabolæ natura est, ut intellectæ illustrent, non intellectæ obscurent, nec non dubitandi variosq; sensus excitandi occasionem præbeant, Flac. in clavi. Accedunt itaq; discipuli Dominum, & qværunt, cur loqvatur toties præter morem & parabolæ? ut in Mattheo habetur, vel ut apud Marcum, qværunt tñu *¶¶¶* *Coag., de parabola: & in nostro Luca: quid ista sit parabola?* ¶ Observe hic virtutes qværentium Apostolorum varias, nobis etiam omnino necessarias, I. qvod discipuli nesciunt, qværendo investigare non erubescunt, qvia: *Non pudor est nescire aliquid, sed disscere nolle, hic pudor hoc scelus est, &c.* Stolze Röpffe die fragen niemand / wollen lieber jren als nachfragen/ hinc fugiunt conversationes hominum sapientum. Sed: *discat qui nescit, nam sic sapientia crescit.* Mit fragen kompt man fort & melius est decies interrogasse, quam semel errasse, ut Ferdinandus Imp. dicere est solitus. Ut itaq; Sacerdotum labia custodiunt doctrinam, sic etiam lex petatur ex ore eorum Mal. 2.*

*Sepe rogare, rogata tenere, retenta docere,*

*Hac tria discipulum faciunt superare Magistrum.*

Ffff

*Quærentium  
Apostolorum  
virtutes.*

II. Pa-

II. Parabolæ nostræ veritatem qværunt non apud summum Sacerdotem, Aaronis successorem ordinarium, sed apud Christum, qvem nos similiter in rebus fidei dubiis adeamus & audiamus orantes: *Lux, aura sancta nobilis-fermonem vitæ fulseri fac-nos Deum cognoscere, patremq; corde dicere-aliena pelle dogmata-Magister in fide sacra, maneat Iesus ut unicus, qvem totâ mente percolamus*, O Herr behüte für stembder lehr / daß wir nicht Meister suchen mehr den Jesum Christum rechten Glauben/ ipse n̄ est Rabbi noster, Matth. 23. v. 8. Prophet a magnus, Deut. 18. v. 15. Doctor eruditus, Esa. 50. v. 4. qvem pater ab omnibus vult audiri, Matth. 17. v. 5. Tandem III. Qværunt Discipuli Christum, cum esset (*καλεόντας*) solus, h.e. vel cum domum rediisset, vel cum absoluta una parabola naviculam in altum duxisset & populo deliberandi quasi spaciū de-disset, id qvod *ceu peculiarem prudentiam in discipulis admiratur, Chrysost. hom. 46. in Matth.* Sic hodie etiam, qvi de verbo prædicato qværere cu-pit, is ab Apostolis discat modestiam, opportunitatem expectet, non qværat & obloquatur in publico, ne importunitate sua (more Ana-captistico) turbas det, sed privatim qværat, & in orthodoxa respon-sione cum discipulis modestè acqyieseat, &c.

Et dixit: vobis datum est. ] Variè hæc & sequentia ver-batum exponuntur tūm disputantur: res plana est, si dicamus ab Evangelistis diversos describi fines concionum Christi parabolicarum. Qui cum discipulis dociles sunt, qvi verbi intellectum serio optant, qvi discendi media non negligunt, imd' qvi docenti Christo non re-pugnant, illis, dicit Dominus, *datum esse, ut intelligant arcana regni cœlorum per parolas proposita.* Quid autem DATUM erat Apostolis? ex NATURA ipsis datum erat, qvod videre poterant & audire: ex GRATIA autem datum ipsis erat, qvod à Christo poterant verbum Dei audire ejusq; miraculis ceu testes adesse, qvæ Dona tūm naturalia, tūm gratioſa, qvia reverenter discipuli excipiunt & modestè de auditis in-quirunt, hinc porro illis dabatur intellectus mysteriorum regni Dei, hoc datum est eis non casu, non merito, non ex necessitate, sed ex merita gratiâ. Quid autem sentiendum de illis, qvi hic dicuntur COETURI, vel, ut Marcus habet, qvi foris sunt? per eos intelliguntur illi, qvi jam abitio-nem à Christo leviter fecerant, qvi parabolam floccipenderant, qviq; de vero ejus intellectu nihil erant solliciti, illi non erat datum nosse mysteria regni

*regni cœlorum nisi per parabolas: qvid itaq; his datum erat & qvid non, ne putemus eos ex arcane qvadum Dei odio ac decreto fuisse impeditos? Certè his etiam hominibus NATURA datæ erant aures: ex GRATIA autem ipsis qvoq; datum fuit audire de Christo verbum Dei, imò ut discipulos, sic etiam Phariseos ad se Dominus vocaverat refectionemq; promiserat, Matth. 11. Paucis, dederat iis etiam, qui hic dicuntur COETERI, omnia salutis media, sed qvid accidebat? Videntes illi non videbant & audientes non audiebant, h. e. scientes & volentes oculos cludebant auresq; petulanter obturabant, hinc dicitur: *Omnia ipsis in parabolæ fieri*, hoc est, Mysteria regni cœlorum nonnihil obscuris his hominibus proposita sunt, si forsitan ita excitari possent, ad inquendum & investigandum parabolæ reconditum sensum; sed quia abeunt, concionemq; Christi floccipendunt ac blasphemant, ideo pereunt, intereunt, malitia & socordia suæ justas luentes poenas, hic est sensus horum verborum simplicissimus ac tutissimus.*

¶ Observa hic, I. ex his verbis malè contra nos pugnare Pontificios, qui voculam **Vobis**, ad solos suos Scribas & Sacerdotes detorquent, quasi illis & lectio & intellectio scripturarum tantum detur COETERIS vero, h. e. *Laicos*, in parabolis, unde Hosius dixit, *Laicos scripturarum lectionem permittere, esse sanctum canibus dare & margaritas objicere porci*. At quæ hæc absurditas? si (1.) Christus noluit, ut omnes sui auditores parabolæ intelligerent, cur eas omnibus proposuit. Imò cum nostro tempore explicata sit hæc parabola, utiq; in hodiernum usq; diem non erit propoundenda Laicos, mūste also heutiges Evangelium stracks vbergangen werden. Ad hæc (2.) si Christus hic per Ceteros laicos intelligit, sequitur Laicos nec videntes videre, nec audientes audire, imò nec credere illos, nec salvare, juxta Esaiæ verba hic à Mattheo allegata. Præterea (3.) probè notandum, qvod Marc. 4. v. 10. expressè dicitur: interrogarunt eum, qui circum ipsum erant, cum duodecim, cum itaq; hic interrogarint non modo duodecim, sed & qui cum ipsis circa Christum fuere, seqvetur utiq; & discipulis & illis simul laicos uno & eodem responso dictum: *Vobis datum est, &c.* Tandem (4.) ut negari non potest, Christum omnes suas conciones ad populi captum summo studio accommodasse: ut negari non potest, ideo similitudinibus usum Dominum, ut ab omnibus intelligeretur: imò ut negari nequit, Christum cuivis petenti

Papisticæ Doctoribus noui tantum datum est  
mysteriorum scripturarum nosse.

*Absolutum.  
Calvinistarum  
decresum.*

verba sua libentissimè exposuisse; ita Laici à lectione Biblorum deducendi non sunt, sed adducendi potius & alliciendi, juxta dicta & exempla notissima, Joh. 5. Act. 17. Deut. 17. &c. ¶ II. Calviniani ex his verbis astruere conantur absolutum electionis decretum, quo Deus ab æterno selegerit quodam, quibus solis dare velit mysteriorum intelligentiam, fidem, pœnitentiam & salutem, cum reliquis vel Ceteris juxta stylum nostræ parab. ceu reprobis & absoluto odio rejectis, intellectum verbi, fidem & salutem plane neget. Verum repugnat huic blasphemia dicta, Deum omnium hominū salutem seriò velle adserentia, I. Tim. 2. 2. Pet. 3. &c. Dederat certe Deus Pharisæis ( de quibus hic sermo ) æquè ut discipulis suis, Naturaliter aures ad audiendum, Gratiæ aures ad audiendum illud verbum Dei, per quod hominibus fidem, pœnitentiam & ipsam deniq; salutem largitur, quid facere amplius debuit? Si itaq; Pharisæi etiam ( ut Apostoli ) verbum discendi studio audivissent, si meditati essent, si quæsiissent & verum sensum in Schola Servatoris essent scrutati, utiq; & ipsis fuisse datum nosse mysteria: sed quia verbum aspernantur & blasphemant, non datum est ipsis, h. e. in sua malitia & cœcitate reliqui, pereunt, de reliquis impiis idem esto judicium. Attamen, Esa. 6. v. 8. hæc Matthæi verba ita habent: *Incrassa cor, agrava aures, obline oculos populi hujus, ne audiant, ne videant, ne credant, ne salventur.* Ubi si Propheta Deum alloquitur, ille profecto causa erit & autor indurationis, execrationis, contumaciarum, impœnitentiæ, nec non damnationis Judæorum? R. LXX. Interpretes inter malum culpe & pena recte distinguentes, hæc Esaiæ verba per metra præterita sic exponunt: *Incrassatum est cor populi hujus, & auribus audierunt graviter, & oculos cluserunt, ne forte videant, audiant, intelligant.* Reverenda itaq; Esaiæ verba sunt, partim ad DIABOLUM, partim ad JUDÆOS ipsos: *Diabolus ( quem Deus ut carnificem suum apud Esaiam alloqui videtur ) ille ipse est, qui Judæorum mentes excœcavit, ne fulgeret illis illuminatio Evangelii gloriae Christi, 2. Cor. 4. v. 4.* Inde autem, quia suggestionibus Diaboli dabant locum, & Christi verbum contemnebant, ideo dicunt Græci quod ipsi Cor agravarint, oculos cluserint, aures obturarint: Sicq; totum hoc negotium Deo adscribi non potest, nisi ratione pœnae, cum altissimus efficacibus Judæos tenebris reliquerit, quia verbum veritatis noluerunt audire, 2. Thes. 2. v. 11.

Deus

Deus itaq; per Esiam Judæis annunciat iustas peñas, qvas incurabili suâ contumaciâ jamdudum promeriti erant, & ita tamen annunciat, ut viam conversionis non præcludat, sed aperte modum reconciliationis monstrat, dicens: Nolunt audire, videre, &c. Ut convertantur & sanem ejus. Poterant itaq; hi etiam converti & salvari, si modo audivissent, & certè si Christus hos converti & salvos fieri noluisset, tacuisse omnia & in parabolis nec quicquam esset locutus, obscura autem oratione ad querendum invitabat, Chemn. harm. c. 61. p. 288.

**Semen est verbum.** I. Glossa Ordin. dicit hanc primam esse parabolam, quam Dominus exposuerit, ut in aliis discipuli simile quid attentent. Habemus itaque hic Textum cum glossa, lectionem cum Postilla, de qua Gregorius bom. 15. sup. Evang. & ex eo, Breviarium nostrum Magdeburg. **Lectione sancti Evangelii**, quam modò audivistis fratres charissimi, non expositione sed admonitione indiget, nec discutere presumat humana fragilitas, quod ipsa cœlestis exposuit veritas. Sed ut ut verba nota sint & vulgaria, praxis tamen satis difficultis erit, unde Christo, in hoc parabolam commentanti, eò, diligentius erit attendendum. ¶ **Observa** Christi imitan-  
da irrespon-  
dendo facilias.  
I. summati Christi humanitatem, quæ interrogantibus placide respon-  
det, non reprehendit discipulorum ignorantiam, non capientem etiam  
talia, quæ quilibet rusticus novit, informat studiosè, explicat lucidissi-  
mè, nos idem faciamus hominibus discendi cupidis. Evidem Germani dicunt: Wer frage, werde er nicht berichtet / so werde er doch berüs-  
sen / innuentes quærentibus non raro duriuscule responderi. Aber den-  
noch besser ist die Fragende berichten als berussen / qui enim quærit, cur  
non inveniret? Matth. 7.. ¶ **Observa** II. notum illud dubium, an  
scilicet in hac propositione, **semen est verbum**, Est ponatur pro SIGNI-  
ficat? ita putant Calviniani in controversia Eucharistica dicentes, An EST in Eta-  
charistica sic  
significat.  
Spiritui S. non rarum esse verbum E s t pro significat ponere, ut Se-  
men est verbum. Sed multoties à nostris responsum est, in hac & simi-  
libus locutionibus Metonymian nullam esse, sed particulam **Est natu-  
ram suam retinere significationem** ita, ut semen in hoc. parabola notet,  
non terrenum semen hordei vel tritici, sed **semen agri Dominici**, de quo  
Christus loquebatur, & sic hoc loco semen non significat verbum, sed  
verissimè est ipsum salvificum & efficacissimum verbum Dei: Præte-  
rea, si vel maximè hic vocula E s t idem esset quod significat, ponata

*Verbum non  
est litera mor-  
tua.*

men Eucharistiae hæc convenienter, cum ibi non de *Parabola* sed de *perspicuo & veracissimo Christi Testamento* agi certum sit, unde Zwinglius ad hanc instantiam respondere non potuit, licet ipsum nocturnus ille monitor (ater an albus?) libenter juvisset. ¶ III. Observa Verbum Dei scriptum & prædicatum malè dici à Schwenkfeldistis *literam mortuam & strepitum inanem*, per quem Deus nec fidem, nec regenerationem, nec hominum salutem operetur: hunc errorem nuda *seminis* appellatio confutat, **S E M E N** est verbum, jam verò quodlibet semen habet in se latentem quandam naturalem *divaricauit* proferendi fructum sui generis: qui ergò verbum non haberet adjunctam Spiritus S. vim, virtutem & potentiam tam efficacem? inde dicitur: Potentia ad salutem, Rom. 1. gladius anceps, Heb. 4. malleus conterens, Jerem. 23. salvans animas, Jac. 4. Cur autem *semen* hoc non ubiq; fructificet, cur *gladius* hic non omnes animas vulneret; cur *malleus* hic non omnium corda frangat ac emolliat, immo verbum illud salyficum cur non omnes salvet, causas jam ipse Christus enarrabit.

*Agerunt via  
tritus.*

Secus viam sunt illi. I. Veniamus jam ad agrum diversum, qui est, I. *Tritus & Conculturatus ut Via*, Theophil, in c. 13. Matth. urget voculam: **JUXTA** viam, pulchre dicens: *Qui extra Christum sunt, hi non sunt in Via, sed extra vel juxta viam, quia Via est Christus*, Joh. 14. v. 6. sed nos Viæ dicimus similes, I. Omnes induratos, quorum cor *nec legis fulco scinditur, nec Evangelii imbre mollitur, nec precibus movetur, nec minis cedit, nec flagellis domatur*, Bernh. exemplum præbent Pharao, Saul, Jeroboam, Achab, Judas, &c. II. Per viam intelligo omnes **OBLIVIOSOS**, de quibus hic dicitur, quod *audiant quidem, sed præterea nihil*, Sie lassen in der Kirch' Thür alles fallen / patent enim horum corda variis cogitationibus *ut via publica, venit cogitatio luxurie, non prohibetur, sed intrat: venit Spiritus avaritiae, non prohibetur, sed intrat: venit spiritus vanæ gloria, non prohibetur, sed intrat, & similicer ceteri veniunt, nec prohibentur*, Ardens. horum *Cor simile est communi divisorio, quod omne genus hominum, sive noti sive ignoti, sive boni sint sive mali, admittit: est simile cymba quassata, qua per omnes rimas bibit aquas: est simile urbi patenti & murorum ambitu carenti, qua facile invaditur: est simile vineæ, sepimento & macerie destituta, cuius fructus depopulantur quicunque prætergrediuntur: est veluti domus sine seris & valvis, que prætereuntibus in stabulum folidum est & sterquilinum*, Granat. III. per

per Viam intelligo omnes *securos*, quorum Cor longâ impietatis praxi,  
*instar viae*, induratum, quoties enim talia audiuntur: Ist doch dieses oder  
 jenes der gemeine Landweg aller Welt / wer seufzt nicht? Wer wünsche  
 nicht? Wer treibe nicht Hoffart? Wer liebet nicht das Zeitliche? Den  
 Weg hab ich so vnd so lang getreten/ ich kann nunmehr nicht lassen/ was ich  
 gestern hab gerthan / das mirs Gott vergebe / heute will ich wieder dran/  
 gönt mir Gott das Leben/ hæc est via impiorum quæ perit, Psal. 1. hæc sunt  
 illæ nocentes viae, de quibus damnati conqueruntur, Sap. 5. hæc est illa la-  
 tata via, quæ dicit ad infritum, Matth. 7. Ponit autem Christus duas  
 causas, cur semen in hoc agro non sit frugiferum, prior *ex parte impio-*  
*rūm* est, quod Verbum & Sacramentum via malitia sua conculcant, sicut  
 porcus margaritas, Matth. 7. posterior *ex parte Diabolorum*, quos scri-  
 ptura nominat *aves Abrahami* sacrificium infestantes, Gen. 15. *vulnus*  
*immundas*, Apoc. 18. v. 3. Midianitas Israelis sementem perdentes, Jud.  
 6. v. 3. ¶ Observa hic, I. quid circa primum hunc agrum faciendum  
 sit, pii & Doctoribus & auditoribus? qui vis respondebit rusticus, einga-  
 tur (1.) ager sepimento, ne fiat semita; fodatur (2.) profundius, ut ter-  
 ra semen recipiat; avibus (3.) terriculamenta ponantur. Quod itaque

*Ecclesiæ fidum doctorem* attinet, idem faciat: *Sepimentum* (1.) nectat va-  
 riis dehortationibus, ut scil. auditores vanas cogitationes domi relin-  
 quant, ut impia pravorum colloquia fugiant, ut hæretorum conver-  
 sationem detestentur, &c. Diligentius (2.) verbum Pastor inculcat, op-  
 portunè ac importunè instet, eadem subinde repeatat, atque sic *circumfusi-*  
*um fodiat*, Luc. 13. v. 8. *Terriculamenta* (3.) ponat inculcando, quam hor-  
 ribile sit, quod Diabolus hic dicitur intrare tempora, nec modo tempora,  
 sed & oculos, aures, corpus, immo *ipsum Cor* hominum, verè hæc horren-  
 da sunt, unde Dn. Philip. dicere est solitus, in toto N. T. nihil horribili-  
 lius esse, quam quod de Juda dicitur, Satanam ipsum Cor intrasse, & hoc  
 loco, Diabolum Semen verbi ex cordibus hominum eripere, ubi meri-  
 tò monendi auditores, ut eo fortius Diabolo resistant, Jac. 4. v. 27. Au-  
 ditores quod attinet, *Viam mundi* (1.) deserant, antiquam antiquæ *pra-*  
*vitatis semitam* relinquant, *sepem* pii cogitationibus & meditationibus  
 conficiant, se scil. audire verbum in conspectu Dei & omnium angelorum,  
 I. Cor. II. ideoque magna opus esse devotione, *cum in templo Deum*  
 & angelos sciamus presentes, ut Brentius dicere solitus est. *Fodiant* (2.) pii

*Quid facienda*  
*circa agrum*  
*conculcatum,*  
 & Doctoribus  
 & auditoribus

audi-

piis auditores ad cor suum, non superficialiter audiant, sed sibi singula dicta quilibet putet & non aliis, ne itaque dicas, der vnd der ward heut redlich getroffen / sed proprium fodito agrum & zizaniorum satis erit. Ter- riculamenta (3.) ponant auditores boni, psalmodiis & orationibus dœ- mones abigant, cum primis finita concione, ubi nemo discedat nisi ere- cto prius orationis devotæ crepitaculo, quod enim est agrum sine terri- culamento relinquere hoc est sine preicatione Templum deferere.

Observa II. Dœmonem sacris etiam cœtibus adesse & in medium Dei templum se ingerere, ut verbum ex cordibus hominum eripiat. Equi- dem Bellarm. lib. 3. de cultu imag. c. 5. quando aliquot rationibus probare conatur, Tempa consecrata vere sancta, venerabilia & divina quadam virtute prædicta esse, ibi ratione prima & quarta dicit, gentilium tempa propterea fuisse polluta, quod fuerint domicilia dœmonum, catholicorum autem tempa ideo sancta esse, qvod Dœmonibus careant, Ut enim principum domus sunt asyla, nec ibi licentes ulli manus injicere audent, ita etiane in templis Dœmones non sinuntur grassari, sed oratur Deus, advocantur angelis, rogantur sancti, ut in eo loco habitare dignentur, ideo pulsatur ostium, & ju- betur Diabolus recedere reliquia introductis, &c. Sed si Satanæ verbum eripit ex auditorum cordibus, utiq; in Ecclesia erit, quemadmodum in medium filiorum Dei se ingessit, Job. 1. & qvanti faceret illi Pon- tificiorum nugas, qvi timere oblitus est, adeoq; nec gladiis fugatur aut hastis, Job. 40. multo minus benedicta aqua, campanarum sonitu, januarum pulsu, &c. Ideoq; in templi ostio aqua se aspergere ut Papi- sticum est, ita piis pretibus ibi contra Satanam se munire Christianum est. Dicamus ergo templum ingressuri: Renuncio tibi Diabole & do me tibi Christe. Es würden vns gewiss die Haar zu Berg stehen / wenn wir mit leiblichen Augen sehen könnten / wie der leidige Sathan im Tempel Gottes so geschäftig sey? wie er mitten unter der Predigt vmbher gehet vnd verschleust dem einen seine Augen durch den Schlaff / dem andern seine Ohren / durch einen weschäftigen Nachbarn / dem dritten sein Herz / ut verbum quidem audiat, sed non emendetur, juxta exem- plia Eva, Pharaonis, Saulis, Iude, Epulonis, &c. Sacc. & in hac malitia an Dœmon accusandus an excusandus? Si quis in platea quid reperiatur & auferat, non statim Eure est, melius custodiri amissum debuisset, sic & tu tene ac probe custodi qvod habes, alias tua magis oscitantia, qvam Satana malitia erit accusanda, Chrysoſt. hom. 31. oper. imperf.

Satanas etiam  
sacris cœtibus  
se immisceret.

Qui autem super petram.] Sequitur ager PETROSUS, cui  
 ex sententia Christi conferendi, I. Omnes DELICATI, qui equidem  
 Christiani esse volunt, at non Cruciani, à cruce portari volunt, at non por-  
 tare crucem, welche Märterer/arte Heiligen / audientes quidem verbum  
 & cum gaudio etiam suscipientes, sed ad Tempus saltem, ratio est: Non habent  
 radicem, canunt equidem: Och zeitlichen wil Ich gern empern/du wollest  
 mir nur das Ewige gewehrn? Item: Niemen sie vns den Leib/Gut/Ehrl  
 Kind vnd Weib/las fahren dahin/sed in praxi, vel juxta Marcum οναρ-  
 δαιζοται offenduntur, vel juxta nostrum Lucam, ἀφίσαι ται plane defi-  
 ciunt, cum fundati non sint, sed mundana nimium diligent, sicut ωρο-  
 ωραιοι dicuntur temporaria, fluxa & caduca, 2. Cor. 4. v. 18. Heb. 11. v. 25.  
 Sap. 4. v. 4. pertinent huc Iudas, Demas, dives adolescens, & alii. II. Ager  
 petrosus sunt: Omnes INCONSTANTES, qui Tempori etiam serviunt, es  
 heist auch mit ihnen ein Zeitslang / tales erant Baalite in utrumque latus  
 claudicantes: Samaritani επαμφοτε ζοτες: Episcopus Laodicensis neq; cali-  
 dus neque frigidus: Eccebolus pro qualitate Dominorum suorum cre-  
 dens: aulici Constantini leviter modo hanc & modo illam amplectentes  
 religionem: Interimista tempore patrum nostrorum, & talia exempla  
 hodieque copiosa sunt, licet odiosa. III. Agersunt Petrosus: omnes  
 HYPOCRITAE, qui pietatis saltem speciem habent, 2. Tim. 3. v. 5. Sie  
 gleissen nur von aussen / quandoq; ad diem unum vel alterum ( usi for-  
 tassis sacra coena) in pietate fervent, ut pistoris fornax, Ose. 7. v. 6. adeo-  
 que eximum futura segetis specimen praese ferunt, sed quod curò fit curò  
 perit, paulo post omnis evanuit pietas, juxta versum: Principium servet,  
 medium teper, ultima frigent. ¶ Observa hic, I. Quid faciendum sit Quid circa a-  
 circa agrum hunc petrosum & piis DOCTORIBUS & devotis AUDITORI- grum petrosum  
 bus? Quivis respondebit rusticus: Marchasita vel emolliatur, vel lapides  
 colligantur & de agro exportentur. DOCTORES itaq; quod attinet, si  
 (1.) corda auditorum sint dura & irreconciliabilia, emolliantur illa quinta  
 petitione, ut & communione Christi: sic pater meus cœlestis etiam vobis  
 non remittentibus faciet, Matth. 18. v. 35. si (2.) corda auditorum sint incon-  
 stantia, moneantur homines ut solidum sit quod subest, ut sint in charitate  
 fundati, in fide radicati, Col. 2. v. 7. ut tribulationis igne non offendan-  
 tur, 1. Pet. 4. v. 12. ut perseverent, Matth. 10. v. 22. & fideles sint usque ad  
 mortem, Apoc. 2. v. 10. Si autem (3.) quædam corda sint planè adamanta

*Credentes fidem & Dei gratiam amittere possunt.*

tina, illis proponenda Christi tormenta, flagella, vulnera, &c. AUDITORES vero pii, circa agrum petrosum, orent (1.) Deum, ut cor lapideum afferat, Ezech. 36. v. 26. solidum (2.) fidei fundamentum sibi parent, ut cum Apostolo dicere queant, *certus sum*, Rom. 8. v. 38. *scio cui credidi*, 2. Tim. 1. v. 12. sint (3.) Patientes in cruce, considerantes vitæ & ternæ gloriā, ad quam nostræ passiones condignæ non sunt, Rom. 8. v. 18. patratisint pro Christo pati, ut pro tribulatione temporali aeternam accipiant requiem 2. Thes. 2. v. 6. ¶ Observa II. credentes fidem & gratiam Dei verè amittere posse, sicut hic de aliquibus expreſſè dicitur, quod ad tempus credant, in tribulatione autem deficiant. Obvertunt quidem Calviniani hic agi de fide temporariâ, Ergo non de verâ. Sed quod Christus dicit, cur nos etiam non dicemus. Christus autem dicit hos CREDIDISSE, Christus dicit non defuisse eis fidem veram, sed saltem in vera Fide CONSTANTIAM, & si auditores petrosi Veram fidem non habuissent, quomodo ab ea in tribulatione deficere potuissent? idem testantur exempla Saulis, 1. Sam. 16. v. 15. Salomonis, 1. Reg. 11. Davidis Psal. 51. v. 12. Iudea, qui ex grege apostolico amitti non potuisset, si de illo gregenon fuisset, Joh. 17. v. 12. Breviter: *Spiritus atq. Fides, dominante cupidine carnis, egreditur, quidam cum corvo Noe exire & non redire possunt*, Gen. 8. v. 8. *quidam cum Simsonē robur Spiritus amittunt, cum Delilæ, h. e. carni serviant*, Jud. 16. v. 16. *quidam Domini gratiâ excidunt, quando conservo non remittunt*, Matth. 18. *quidam ut abfcissi palmites areſcent, cum bonos fructus non ferunt*, Joh. 15. v. 2. 6.

Quod autem intet spinas.] August. serm. 7. de verb. A post. dicit: *Tu unaqueq. anima, qua ad Christum accedis terra es spina & arida, nam si spinas non haberes Capiti Creatoris tui coronam spineam non imponeres?* Sed maneamus nos in expositione Christi, qui dum etum hic triplex facit, sata lœta non parum impediens. I. est dumerum Solitudinis, ejusq; non legitimæ in cuiusvis officio, sed prohibita illius, quæ alias *Avaritia & sollicitudo hujusvitæ* dicitur, Luc. 21. v. 34. II. est dumerum Plutonis seu mammonis vel divitiarum, non sanè omnium, sed illarum quæ alias dicuntur *injustæ*, Syr. 5. v. 10. *iniquæ*, Luc. 16. v. 9. *incerta*, 1. Tim. 6. v. 17. quibus cor apponitur, Psal. 62. v. 11. *cum enim divitiae cum labore acquirantur, cum timore custodiuntur, cum cupiditate augeantur, cum dolore perdantur, quid labor, timor, cupiditas & dolor aliud sunt, quam punctiones spinarum cruciantes*

ani-

animam, Ardens. III. est dumetum voluptatis, quæ alias concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum & vita superbia dicitur, i. Joh. 2. v. 15. Hæc sunt illa dumeta, quæ serpentes, bufones, & lacertas continent multiplices, lèdent vel saltem retardant omnes pios nimiùm appropinquantes, & tandem infernali igne comburentur. ¶ Observa itaq; & hic, *Circa agrum* I. quid circa agrum hunc spinosum sit faciendum & DOCTORIBUS & *spinosum quid* AUDITORIBUS? quivis respondebit rusticus, spinæ abscondendæ, ex a-*faciendum.* gro portandæ & igne comburendæ sunt. DOCTORES ergo bipennem verbi assumant, & ex auditorum cordibus excindant, spinas curarum, opum ac voluptatum: *spinæ curarum extirpabunt illa dicta, quæ docent curis inanibus nec capillum capitinis mutari,* Matth. 5. v. 36. nec staturæ latum digitum addi posse, Matth. 6. v. 27. *Spinæ opum eradicabunt dicta monentia,* Christianum meritò contentum esse debere præsentibus, Heb. 13. v. 5. alimentis & vestimentis, i. Tim. 6. v. 8. nudi enim in mundum venimus, & nudi abibimus, Job. 1. *Spinæ voluptatum rescindet inculcata illarum vanitas: Voluptas transit, peccatum manet, quod delectabat transiit: quod pungit remansit,* Aug. AUDITORES etiam ipsi spinas has abjiciant, omnem curam in Dei gremium deponentes, Psal. 55. v. 23. i. Pet. 5. v. 7. Avaritiam pellant meditatione dicti: *quid homini prodest si vel totum mundum lucretur, &c.* Matth. 16. v. 26. quoad voluptates, recordentur Schema hujus mundi transire, i. Cor. 7. v. 31. unde carnis quidem cura habenda, sed non ad explendas cupiditates, Rom. 13. v. ult. ¶ Observa I. circa hunc agrum malè colligere Anabaptistas, alienum esse à Christiana pietate tenere propria, possidere divitias, & publico aliquo officio fungi, cum talibus conjuncte sint *cure,* quæ hic à Christo *spina* dicantur, Christianismi nostri sementem non parum impedientes. Sed procedunt hi Fanatici ab eo quod est & fit per accidens, non enim *legitima divitiarum possessio,* nec *ordinaria officii sollicitudo,* nec *honesta recreatio* Per se impedit verbi divini semen, sed tantum *abusus*, ob quem res ipsa rejici non debet. De divitiis res usque adeò manifesta est, ut Matthæus expreßè hic ponat, semen impedire *non divitias,* sed divitiarum *fallacias,* & Chrys. pulchrè: *non seculum interdixit Dominus* (notate Monachi) *sed seculi solitudinem, non divitias damnavit, sed divitiarum fraudes.*

*Cura publico-  
rum officiorum  
non impedire  
Christianis-  
mum.*

Qui autem in terram bonam.] Omnia circa hunc agrum jucunda sunt, dicit enim Christus de his (i.) quod verbum Dei audiant.

pii non obturant aures, Psal. 58. v. 5. non dicunt se audire nolle, Jerem. 44. v. 16. non quærunt latebras, somnia cum Enthusiasmus expectantes, sed audiunt verbum, sicque sunt ex Deo, Joh. 8. v. 47. 10. v. 27. Matthæus (2.) addit, hos verbum non modo audire, sed & intelligere, viviueri, respondet Hebræo ἅγιος Sachal, notans industriam in signem, accuratam & gnavam considerationem, animumq; attentum & diligentissimum. Marcus (3.) addit hos verbum suscipere καὶ δέχομαι, est benignè, cupide excipere, non aliter ac si quis hospitem amicissimum suscipiat; pii enim verbum suscipiunt cum omni alacritate, Act. 17. v. 11. non ut hominum, sed ut Dei verbum, i. Thes. 2. v. 14. Lucas (4.) de his dicit, quod verbum Dei in corde bono retineant, κατέχεται, & reperitur hæc vox de incarceratis, Gen. 39. v. 20. ut & de Eleazarō hospite, quem Rebeccæ agnati libenter diutius retinuerint, ipse vero dicit; μη κατέχετε, Gen. 24. v. 56. Pii enim verbum infernalibus corvis non objiciunt, sed illorum Cor verbi quasi carcer est, verbum illis hospes gratissimus est, hinc tenent quod habent, Apoc. 2. v. 25. omnia probant, sed quod bonum retinent, i. Thes. 5. v. 21. servamur enim per Evangelium, si retinemus, i. Cor. 15. v. 2. Porro (5.) de his dicitur, quod fructum ferant, h.e. credunt in Christum, agunt penitentiam, exercent se in omni opere bono, talia enim sunt fructus penitentie, Matth. 3. fructus spiritus, Gal. 5. v. 22. fructus justicie, Phil. 1. v. 11. Tandem (6.) additur: In patientia: segetes enim priusquam maturescant, sustinere coguntur nives, pruinæ, imbræ, grandines, &c. sic circa verbi auditum & verum Christianissimum variæ oriuntur tempestates, quæ messem in herba perdere poterant, sed patientia nobis opus est, Heb. 10. v. 36. quia preciosum est, patientem esse, & Dei expectare bonitatem, Thren. 3. v. 26. ¶ Observa hic, coronidis loco, qualitates boni agri Christianis studiose affectandas. Fertilis ager niger est, pinguis est, mollis est (sein mürb vnd löcker) fæcundus est. Sic Christianus, niger sit ex calore persecutionum; pinguis sit ex Christi sanguine & merito, Fein fleblich er sol an Christi Verdienst fleben/hangen vnd hassen/wie eine Klett am Rocke/ ut illustris illa dixit: mollis sit Christianus ex cruce & tentatione, das Kreuz macht die Christen wöl mürbe: fæcundus sit in bonis operibus. Simus talis ager, utque simus Deum assiduis precibus oramus, & fructum, ex altissimi benedictione, centuplum proferamus.

Qualitas boni  
agri Christianis  
imitanda.

F I N I S.